



ORATIO PANEGYRICA
DE
PACE RELIGIONIS

cum proximè secularis festivitas celebraretur, in templo Academico
coram

Utriusq; Reipublicæ Pro-
ceribus

AB
HIERONYMO KROMAYRO,
S.S.Theol.D.& Prof.P.

habita.

Typis JOHANNIS WITTIGAVIANIS,

32.

1655

21 4,17

nd



ORATIO PANEGYRICA
DE
PACIS RELIGIONIS

in templo Academico
in festo Ascensionis
celebrata

Actibus Reipublicæ Pro-

AB
HIERONYMO KROMAYRO
S. S. Theol. D. & Prof. P.

Typis JOHANNIS WITTEGALDII

DN
Saxon
CIP
Ma
d



boni ad D
prima fu
dianâ cla
magnum
apud Ca
FERDIN
transacti
ereet mol
Vestra A
tincto Fr
moverit,
gustanis



SERENISSIMO atq; POTENTISSIMO
PRINCIPI ac DOMINO,

DN. JOHANNI GEORGIO

Saxoniae, Juliae, Cliviae ac Montium Duci, PRIN-
CIPALI ELECTORALI, Landgravio Thuringiae,
Marchioni Misniae & utriusq; Lusatiae, Comiti
de Marca & Ravenspurg, Domino in Ra-
venstein, Domino meo cle-
mentissimo.



*S*erenissime PRINCEPS ELECTORA-
LIS, Domine Clementissime, celebravit
Ecclesia non ita pridem, indictione Serenis-
simi Domini PARENTIS, Domini nostri
clementissimi secularem festivitatem data
paci religioni Augustanae non sine jubilo
& laetitia pro conservatione tanti
boni ad DEUM fufis. Altius originem ipsius arcessere volentibus,
prima fundamenta Celsissima domui Saxonica deberi, luce meri-
diana clarius apparet. Ecquis enim Serenitatis Vestrae patrum
magnum felicissima recordationis Electorem MAURITIUM
apud Caesarem Majestatem, quae tum temporis per Fratrem
FERDINANDUM & alios delegatos Passavii agebat, amicabili
transactione tantum obtinuisse, ne quis religionis intuitu alteri
creet molestiam, nescit? Quem latet, quomodo Serenitatis
Vestrae Avus sanctissima recordationis Elector AUGUSTUS, ex-
tincto Fratre MAURITIO, vi & metu cessante, omnem lapidem
moverit, omnem versaverit cuneum, ut pax ipsa in Comitibus Au-
gustanis anno 1555. religionem Augustanam amplexis daretur?

¶ 2

Quis

m.c

Quis tam remotus est ab Imperio Romano angulus, quem fama de
Serenitatis Vestrae Domino PARENTE nullis curis, nullis sumti-
bus, imò nec Electorali sanguini, nec vitæ ipsi parcente, ut Palla-
dium hoc, cum à quibusdam labefactaretur, suo loco restitueretur,
prætereat? Cum verò de pace religionis jussu superiorum oratio
panegyrica in templo Academico à mea tenuitate proximâ secu-
lari festivitate fuerit habita, non indigna quibusdam visa, quæ
typis describeretur publicis, & tantorum bonorum ac honorum
Vestra Serenitas Ecclesia, Imperio & bono publico nata pro-
xima sit hæres, & gratiosissima voluntatis Ipsius erga meam te-
nuitatem significationem pridem perspexerim, ad pedes Serenitatis
Vestrae factum hunc, informem licet, nec lambendo satis expoli-
tum, ut ante quinquennium panegyricam de bello tricennali Ger-
mannico ad pedes Serenissimi Domini PARENTIS, humiliter
depono, quæ decet, subjectione contendens, serenâ fronte munu-
sculum hoc chartaceum suscipere, meq; Clientulum suum gratio-
sissima voluntatis radiis imposterum collustrare non dedignetur.
Benedicat ex alto Serenitati Vestrae Pacis Princeps, Eandemq;
cum Serenissimis PARENTIBUS. Celsissima CONJUGE &
utriusq; sexus PROLE Illustrissima quam diutissime salvamq;
florentem & incolumem conservet, id quod animum vovet.

Lipsiæ pr. Cal. Nov.
anno 1669.

Serenitatis Vestrae

Subiectissimus Clientus

D. Hieronymus Kromayer.

In nomine S. S. Trinitatis. Amen.



Illuxit per DEI gratiam dies, Magnifice Academiae Rector, Viri admodum Reverendi, Magnifici, Amplissimi, Consultissimi, Experientissimi, Excellentissimi, Prudentissimi, Clarissimi, Per Eximii, Praestantissimi, Doctissimi, utriusque Reip. Patres conscripti, tuq; circumfusa studiosorum juvenum corona florentissima, illuxit per Dei gratiam dies, quo ante seculi decursum promulgatio pacis religioni datae, cui fundamenta transactio Pasfaviensis ante triennium substraverat, in comitiis Augustanis facta. Si *πᾶσι τοῖς ἐκκλησίαις*, tertia hæc est festivitas secularis, quam Serenissimus ac Potentissimus Princeps ac Dominus, Dominus JOHANNES GEORGIUS, Dux Saxoniae, Juliae, Cliviae ac Montium, Sacri Rom. Imperii Archimarschallus & Elector, Landgravius Thuringiae, Marchio Misniae & utriusq; Lusatiae, Burgravius Magdeburgensis, Comes de Marca & Ravenspurg, Dominus in Ravensstein, Dominus & Nutritius noster Clementissimus religionis intuitu suis in ditionibus celebrandam & jam maxima ex parte celebratam, quibus & Nos ex ordine Profesorio & Senatorio pleriq; superstites vacavimus, quæ Serenitatis ipsius pietas est & devotio, indixit. Annus nunc est trigesimus

A

octa-

octavus, cum propter initium repurgatae à fermento Pontificio religionis; vigesimus quintus, cum propter exhibitam in comitiis Augustanis confessionem eucharistica nostra sacrificia obtulimus & merito, cum pacificatio religionis colophonem quasi prioribus beneficiis imposuerit, Deo ter Opt. Max, pro beneficio tam insigni gratias, quas possumus, agimus maximas. Quò majus autem beneficium hæc conscientiarum libertas est, eò acrius serpens rectus & tortuosus, violentiã & fraudulentia, quò penitus eandem ex Imperio tolleret, adversus eandem insurrexit. Verùm ut hanc laudem Divina Majestas Serenissimis Saxoniae Ducibus & Electoribus voluit propriam, quod in ipsorum ditionibus lux Evangelii fuerit accensa, confessio fidei velut in theatro mundano ab ipsis prælecta & exhibitata, nec non post varias persecutiones religioni pax impetrata: Sic Serenissimo patriæ patri non tantum ut gratam & publicam horum beneficiorum memoriam refricaret, sed & pacem religionis vi & astu quorundam Romanæ Thaidi juratorum superioribus annis non parùm labefactatã asfereret, & ἀνίστημι; ut speramus, in suum locum reponeret, laudem propriam esse voluit. Ut itaq; Serenitati ipsius de tam illustribus axiomatibus, quibus immortalitatis albo nomen suum inscripsit, animitus gratulamur: ita cum Ecclesia preces nostras jungentes gratitudinis

nis
no
nob
inv
per
histo
com
ctata
mus
ob o
vos,
lentiã
ctiam

Q
seculi
Johan
cessior
tus, ele
exutus
duceba
in Salin
præter
tati add

nis aram Deo ter Opt. Max. pro tantis beneficiis &
nos erigemus, & ut hæc beneficia nobis & posteris
nostris velit esse perpetua, calidis suspiriis eundem
invocabimus. Quò verò de magnitudine beneficii
per pacem religionis exhibiti constet exactius, ex
historia superioris & currentis seculi de pacis hujus
compositione, compositæ labefactione, labefa-
ctatæ restitutione per horulæ unius spacium repete-
mus, & *ὡς ἐν σωφισ* sine tamen verborum phaleris
ob oculos proponemus. Quod ut fiat felicius, apud
vos, A. omnium ordinum honoratissimi, benevo-
lentiâ vestrâ cursum orationis meæ sublevare velitis,
etiam etiamq; contendo.

Εξήγησις.

Quo in loco fuerint res Germanorum, & purio-
ris Ecclesiæ post infeliciter gestum bellum
Smalcaldicum, testis temporum, superioris
seculi loquitur historia. Saxonix Dux & Elector
Johannes Fridericus capitis damnatus, sed inter-
cessione quorundam Imperii Principum vitâ dona-
tus, electorali tamen dignitate, parteq; ditionum,
exutus ab Imperatore Carolo V. captivus circum-
ducebatur. Hasia Landgravius Philippus, postquã
in Salinis Saxonis supplicis factus fuerat Cæsari,
præter promissa, cum aliàs se non stitisset, captivi-
tati addicebatur. Impositum quippe fuerat ipsi am-
biguâ

A 2

biguâ scriptione, id quidem astu Granvellani factum non nemo rebatur, fore, si se sisteret & Cæsari supplex fieret, ut sine ulla captivitate **ohne ewige Gefängniß**/ quod tamen postmodum interpretabantur, sine perpetua captivitate, **ohne einige Gefängniß**/ unius punctuli positu fraude commissa, dimittatur. Cudebatur formula interreligionis, Julio Pflugio, Episcopo Numburgensi, Michaële Sidonio suffraganeo, tandem Episcopo Martisburgensi & Johanne Agricola Islebio socias hinc operas jungentibus, per omnia Papistica, excepto Eucharistiæ sub utraq; specie usu & conjugio Sacerdotum, ab Ecclesiis Protestantibus interim, donec in Concilio Tridentino super controversis in religione punctis fuerit decisum, observanda. Qui contra vel hiscere audebant, in Suevia, Vindelicia & aliis Germaniæ superioris provinciis ab officiis removebantur, solum vertere jubebantur, in vincula conjiciebantur capitis periculo proximi. De libertate Germaniæ, cum patrimonio Cæsaris ferebatur adijcienda, & Imperatoris Caroli V. Filius Philippus introducendus hæres, conclamatum videbatur. Id quod altius expendens Elector Saxonie Mauritius, præsertim cum navis scopulis supplicaret, licet Cæsaris partes prius secutus fuisset, cum aliis Germaniæ Principibus Alberto Marchione Brandenburgico & Wilhelmo Hassiæ Landgravio de reme-

diis

diis consilium init, & vela ventis faciens, cum Gal-
lus bellum facturum esset Cæsari, conscripto milite
subitaneo adversus Imperatorem in faucibus al-
pium hærentem movet. Priusquam tamen locis
istis propius immitteret exercitum, literas ad ordi-
nes Germaniæ dabat, in quibus expeditionis hujus
causas, nimirum oppresionem Germanicæ libertatis
& orthodoxæ religionis, nec non Soceri sui Land-
gravii captivitatem adducebat, quæ postmodum
in colloquio cum Ferdinando & Cæsareis Legatis
valdè urfit, Imperii sc. Rempublicam ab exteris ad-
ministrari, quædam ab Imperio divelli & alienari,
Principum Electorum auctoritatem imminui, quo-
modo jus creandi Cæsaris illis auferatur, rationes
iniri, Electorum sententias in comitiis ferè postpo-
ni, privatos eorum conventus formidine quâdam
intermitti, Jurisdictionem eorum labefactari, dum
contra morem antiquum, qui provocent ab ipsis,
Camera recipit, ordinum Imperii controversias
consultò augeri, nec prius componi, quàm utrobi-
que damnum fuerit acceptum, in aula Cæsaris au-
dientiam difficulter impetrari, neq; propter impe-
ritiã linguæ (dum ab exteris administrantur omnia)
rem exactè cognosci, non sumtuum duntaxat, sed
& temporis ibi magnam jacturam fieri, parùm
amanter in comitiis agi, crebris illis conventibus
(dum diætã diætã parit) exhauriri Germaniam,
mi-

m.c



militem externum in Imperium introductum fuisse non semel, & finito superiori bello, distributum huc illuc in provincias intemperanter multa fecisse, deq; subacta Germania gloriatum, fore dixisse, ut patrimonio Cæsaris jungatur, & in primariis urbibus exædificentur arces atque propugnacula: tormentorum & instrumenti militaris vim magnam veluti per ludibrium esse devecctam ex Germaniæ finibus ad exteras gentes, nonnullos ambitione quâdam tormentis, quæ sibi fieri curassent, insignia Principum Germanorum imposuisse, tanquam hæc ipsis eripuissent, evulgari libellos & quidem privilegio Cæsaris ad Germaniæ summum dedecus & infamiam quasi domita sit, & in servitutem redacta, publicis in comitiis nomine Cæsaris admisceri quosdam in Principum & Ordinum coetum, & occultis hoc agi consiliis, ut adaucto numero suffragiis illi vincant: eos, qui sunt Augustanæ religionis à Camera prorsus excludi, & à Cameralibus reliquis premi. Sed & Rex Galliæ scriptum emittebat, in quo Cæsarem tanquam pacis perturbatorem accusat, seque libertatis Germanicæ & Principum captivorum vindicem nominat. Scriptum istud typis excusum & vulgari lingua editum præferebat in fronte pileum inter duos pugiones positum, libertatis symbolum, repertum in vetustis numismatis & à percussoribus Cæsaris, cui Philippica secunda Cicero-

nis

nis fio
præm
cit, in
Cæsar
sapat,
munit
Oenip
dum ab
rò de c
mâ cele
quod e
xonem
circum
aguntur
quadam
saris Leg
variæ D
sem & E
rum, Cliv
& Mauri
ferram it
molestian
perii, ub
agendum
actio Pass
superioris
ipsa post t

nis fidem facere posse videtur, usurpatum. His
præmissis, Mauritius cum sociis Cæsari bellum fa-
cit, in Vindeliciam exercitum ducit, Augustâ captâ
Cæsaris milites ad alpium radices propè Rutam dis-
sipat, in fugam vertit, in Lechum præcipites agit,
munitissimam arcem Erenbergum intercipit, & ad
Oenipontem, ubi Cæsar agebat, ut vix ad secun-
dum abesset lapidem, propiùs accedit. Cæsar ve-
rò de capto Erenbergo certior factus noctu maxi-
mâ celeritate convasat, fugâ sibi consulit, Villacum,
quod est in Carnis oppidum, properat, cum Sa-
xonem Electorem per quinquennium captivum
circumductum paulò ante dimisisset. Quæ dum
aguntur, Passavii, quorsum Mauritius ab exercitu
quadantenus discedens sese contulerat, inter Cæ-
saris Legatos Ferdinandum Germaniæ Regem, Ba-
variæ Ducem Albertum, Episcopum Salisburgen-
sem & Eistetensem, (præsentibus Principum Electo-
rum, Clivensis & VVürtembergici Ducis Legatis)
& Mauritium post diu reciprocatam contentionis
ferram ita transigitur, ne religionis causa pars una
molestiam creet alteri, Cæsar verò conventum Im-
perii, ubi de componendo religionis dissidio sit
agendum, indicat. Hæc sanctio pragmatica, trans-
actio Passaviensis vulgò dicta, paci religionis anno
superioris seculi 52do. fundamenta substravit: pax
ipsa post triennium anno 555. Mauritio & Alberto
jam

m.c



jam rebus humanis exemptis, & ita omni vi, metuq;
cesfante, in comitiis Augustanis fuit secuta. Etiam si
verò Catholicæ religioni addicti, præsertim quoad
punctum illud, an Archiepiscopus, Episcopus, Ab-
bas, Prælati à Pontificia religione divortium fa-
ciens & ad Evangelicam accedens dignitatis, mu-
neris & reddituum jacturam facere debeat, nimis dif-
ficiles sese præberent, divinâ tamen gratiâ post su-
peratas varias salebras & exantlatos magnos labores
id obtentum fuit, ut pax religioni Augustanæ con-
cederetur. Ecquid verò boni per pacem istam in
Ecclesias orthodoxas redundavit, quaris? Præmis-
sâ ex recessibus Imperii super hoc negotio descri-
ptione, quibus data, de quibus, & quem in finem
data fuerit, pro temporis angustia paucis evolve-
mus. Est itaq; pax religionis contractus juratus ab
Imperatore & Catholicis Statibus cum Evangelicæ
confessionis Statibus religionis causa initus, eo fine,
ut in Imperio tranquillitas conservetur, animique
tam Statuum, quàm ipsorum subditorum ab invi-
cem alienati reconcilientur. Contractum diximus,
quia non semel in recessu Imperii verba hæc legun-
tur: **Haben wir uns mit ihnen / und sie hinwieder
sich mit uns vereiniget und verglichen.** Juratum
diximus, quia si Regum & Principum singula verba
sunt singula juramenta, multo magis verba tam san-
cta fidem & honorem simul interponentia per jura-
mentis

ment
niglic
Ehrn
und
taq;
confe
se dicu
ex par
Gorgo
pacific
NonP
conve
ribus a
cessu o
que ut
alles u
und wo
und wi
Würde
men (a
und an
und ur
und da
fomme
statis?)
haben n
gehen

mentis sunt accipienda: Bey Keyserlichen und Kö-
niglichen Würden und Worten / bey Fürstlichen
Ehron und Würden / in rechten guten treuen
und Glauben / und im Wort der Wahrheit. Quid i-
taq; malum, est quòd Pontificii pacem hanc absq;
consensu alterius partis ab altera parte rescindi pos-
se dicunt? Quid est, quòd plenitudinem potestatis
ex parte Cæsareæ Majestatis alteri parti velut caput
Gorgonis objiciunt? Quid est, quòd successores per
pacificationem non obligari garriunt & ganniunt?
Non Principem duntaxat, sed & DEUM ipsum ex
conventionem obligari, non malè statuitur. Ne plu-
ribus attingam, quòd ipsa plenitudo potestatis in re-
cessu disertis verbis excludatur, & successores quo-
que ut stent hisce pactis, adstringantur: Solches
alles und jedes (Sonat authentica lingua.) sollen
und wollen Ihre Liebde und Keyserliche Majestät/
und wir bey Ihren Keyserlichen und Königlichen
Würden und Worten für uns und unsre Nachkom-
men (arrige aures, Pamphile.) steht / unverbrüchlich
und anfrichtig halten / und vollziehen / dem starck
und unverweigerlich nachkommen und geleben /
und darüber iht / oder künfftig / weder aus Voll-
kommenheit (audin' exclusam plenitudinem pote-
statis?) oder unter einigem Schein / wie der nahmen
haben möchte / nicht fürnehmen / handeln oder aus-
gehen lassen. Et hanc pacem religionis Caroli V.

B

Suc-

*Videatur
in manu
Carpzovi-
us de legi-
Regia
Germano-
rum.*

Successores omnes in imperio Ferdinandus I. Maxi-
milianus II. Rudolphus II. Matthias, Ferdinandus II.
& modernus divus Ferdinandus III. suis in capitu-
lationibus, ubi videatur circa finem, priusquam in-
augurati fuerunt, dicto Sacramento confirmarunt.
Ex quibus solstitiali solis radio simul clarum est, cum
toties Cæsarea Majestas & Regia dignitas divisim po-
nantur, falsissimum esse, à solo Ferdinando sanctio-
nem hanc fuisse profectam. Nec fasces jam depo-
fuerat Carolus, cujus vices in Comitiiis istis sustine-
bat frater Ferdinandus, sed anno demum sequente
mensis ejusdem Septembris die decimo quinto, ex
quo per biennium adhuc meditatus beatam analy-
sin animam gloriosissimâ vitâ hîc functam in manus
Salvatoris, de quo non dubitamus, resignavit. In-
ter quos vero contractum fuerit, quæris? Si religio-
nem spectes, inter Catholicos veterem fidem profes-
sos & Aug. Confessionis socios, aliarum religionum
professoribus prorsus exclusis, contractus hic fuit
initus. Si regionem, *πρωτος* Imperii status tam
strictè, quam latè dictos hæc pacificatio concernit,
ita ut Nobilitatem etiam Imperio immediatè subje-
ctam, licet stationem & votum in comitiis non ha-
beat, in terminis comprehendat. Nec subditis de-
est, quò minus hæc pace religionis gaudeant, cum &
ipsis sua conscientie libertas permiffa sit, ita tamen
ut conventicula, vel collegia pro privato quodam

re-

religi
stitu
ones
is in E
craru
piis, a
ere, v
nis su
lutar
ca pu
confe
emigr
trodu
Wo a
und S
wolle
& per
nis hu
Conf
graph
pacat
audier
gistrat
rant, e
perio
ce mro
litam

religionis exercitio sine Magistratus permissione in-
stituere ipsis non sit integrum, cum in turbas & sediti-
ones non raro erumpant. Possunt itaq; pro se ac su-
is in Ecclesia domestica vacare pietatis exercitiis, sa-
crarum literarum lectionibus, precibus, cantilenis
piis, aut in loca vicina salutare excursionem institu-
ere, vel etiam, intra certum temporis spatium bo-
nis suis divenditis, ubi etiam in ipsorum favorem sa-
lutare clausulæ additæ, domicilia migrare, inq; lo-
ca publico religionis suæ exercitio gaudencia sese
conferre. Non enim necessitatis, sed voluntatis est
emigrandi beneficium in favorem subditorum in-
troducendum, quod præter clarissima recessus verba,
**Wo aber der Stände Unterthanen mit ihren Weib
und Kindern an andre Ort zihē/und sich nieder thun
wollen/** rationes suo pondere gravissimæ svadent
& persvadent, ut mirari subeat, quâ fronte sanctio-
nis hujus limites prætergressi Catholici socios Aug.
Conf. finibus suis expulerint, aut quomodo para-
graphus hic $\mu\eta\lambda\omicron\nu\ \epsilon\epsilon\iota\delta$ evaserit, modò subditi
pacatè vivant, & in cæteris dicto Magistratus sint
audientes. Civitates Imperiales cum & ipsæ, Ma-
gistratu & subditis simul sumtis, Imperii statum refe-
rant, eodem, quo Principes, comites & Nobiles im-
perio immediatè subjecti jure quantum ad hanc pa-
ce in religionis gaudent. Quod si vero post compo-
sitam hanc pacem Magistratus & subditi, cum in

m.c

eiusmodi civitatibus Imperialibus quilibet civis
spem habeat conscendendi Magistratum, inter se
dissentiant, pro qua parte sententia ferenda, quæ-
stio est, quæ sub incudem disputationis vocata
fuit, omnium frequentissima. Utroq; pede Theo-
logi quidem & Icti non obscuri nominis in hanc
concedunt sententiam, civibus Evangelicis ex-
ercitium religionis suæ petentibus à Magistra-
tu alteri religioni addicto id concedendum esse,
quòd si tamen contentio fiat invicem, pro Magistra-
tu contra subditos pronunciatum novimus, eò quòd
non soli subditi, licet pars civitatis maxima, sed Ma-
gistratus & subditi simul sumti sint status Imperii, &
quòd populus omnem potestatem in magistratum
transtulerit. Quid itaq; subditis faciendum? Vel
in Ecclesia *nat' olim* pietati vacandum, vel ad loca
vicina, ubi pura viget religio, excurrendum, vel be-
neficium emigrationis arripiendum, vel supplican-
do, magnatum intercessionibus interponendo molli-
endus est magistratus, vel expectandum in patientia
& invocatione Domini, donec ex iis civibus, qui
Aug. Confessionē amplexi fuerunt, Senatus ita con-
stitutus fuerit, ut melioribus votis publicum exerci-
tium possit introduci. Quod si autem, ut fieri mul-
toties consuevit, Augustanæ confessioni addicti
per Pontificios à Senatu excludantur, factâ prohi-
bitione, ne quis illorum in ordinem Senatorium co-
opte-

opte
setur
subve
ut de
ratur
digni
religio
hensa
mus.
bus, p
circa
& qui
cem c
lestian
ferat,
tur; q
titulo
comm
nem no
iam lo
primu
flammi
lingua
est, bon
scientia
rum ple
sticis in

optetur, id in religionis pacificationem facinus cen-
setur temerarium, quod nisi Magistratus ordinarius
subveniat, ad Cameram supplicando deducendum,
ut debitis processibus turbatis in religione succur-
ratur, cum non minus his, quam illis ad honores &
dignitates pateat accessus. De quibus in hac pace
religionis agatur dicturi beneficia ibidem compre-
hensa *συνοπτικῶς* oculis & mentibus vestris objicie-
mus. Cum prius orthodoxi excommunicationi-
bus, proscriptionibus, exiliis, insultibus hostilibus,
circa reformationis initium etiam vivi comburiis
& quibus non injuriis fuissent expositi, per hanc pa-
cem cautum est, ne quis alteri religionis intuitu mo-
lestiam ullam, multo minus injuriam, aut bellum in-
ferat, sed ut cuilibet libertas in religione permitta-
tur; quin & contemptus (ne quis v. g. hæretici odioso
titulo traducat, aut ostentui habeat alterum) sub
comminatione poenæ interdictus. Si comparatio-
nem non tantum cum temporibus prioribus, sed et-
iam locis vicinis, ubi obtinet in Mauros & Judæos
primum exercita inquisitio Hispanica, ubi ferro &
flammis in egressos Babylone sævitur, ubi Biblia in
lingua vernacula sine permissione legisse capitale
est, bone DEUS! quantum beneficium est hæc con-
scientiarum libertas? Prius Judices Camerales (quo-
rum pleriq; religionis erant Pontificiæ) ab Ecclesia-
sticis interpellati propter occupata bona quædam

B 3

Eccle-

m. d.



Ecclesiastica lites Protestantibus movebant, nec Protestantium exceptiones, Cæsarem ex religione natas actiones suspendisse, attendebant. Licet autem Cæsar à protestantibus exoratus mandatum hoc ad Camerales dedisset, quia tamen potestatem illis fecerat cognoscendi, utrum causæ ad religionem, an aliorum pertinerent, hanc adepti facultatem non solum in mixtis, sed & merè religiosis causis alacriter pergebant, & non modo, si quid ablatum esset Ecclesiasticis, reddi, verum etiam Missas & omnem cultum alium Pontificium restitui jubebant. Eiusmodi lites per pacem religionis omninò fuerunt sublatae, statibus vero Confessionem Augustanam amplexis, ut *ἔχοντες ἀ' ἔχουσι* i.e. possidentes quæ possident bona Ecclesiastica superioribus annis occupata pios ad usus convertant, nec tantum exercitio religionis publico gaudeant, sed & ceremonias pro re nata novas introducant & jus reformandi suis in territoriis habeant, concessum. Cameralibus insuper, quibus associandi Confessionem Augustanam profitentes, ut propter intercepta ista bona Ecclesiastica impofterum ab eiusmodi citationibus & mandatis abstineant, in hac pacificatione injungitur. Quanta conscientiarum carnificina erat in hæreticam pravitatem inquisitio? Sed hujus metus per suspensionem jurisdictionem Ecclesiasticam, veriùs sublata, & ipse simul est sublatus. Quin & præter
cogni-

cog
supe
stitu
com
cent
Luth
Epis
re vo
Pont
perat
utpo
religi
pale
bitati
cum i
dus, se
tatum
Episco
vendi
tanta
triusq
gelicis
stando
ctis fu
liatur,
moris
fatager
1113

cognitionem de religionis veritate, quam Pontificii
super Augustanam Confessionem sibi sumebant, in-
stitutio rituum, cognitio causarum spiritualium, ex-
communicationes, censuræ, in vitam & mores do-
centium & discentium inquisitio, ne in Ecclesiis
Lutheranis exercent; ipsis est adempta, ita ut jus
Episcopale jam quilibet status in suo territorio ju-
re *vouo deo* sibi debitum, per tyrannidem autem
Pontificis ereptum & per pacificationem hanc recu-
peratum exercent. Certos tamen casus excipio,
utpote si Confessionis Augustanæ Patronus in sua
religione consanguineum Pontificio, quo jus Episco-
pale habeat, vel vice versâ præsentet, quod extra du-
bitationis aleam Episcopo inquisitio non quidem
eum in effectum, an sit hæreticus, & ut talis damnan-
dus, sed ad hunc, an sit recipiendus, nec ne, in præsen-
tatum competat. Punctum de ArchiEpiscopis,
Episcopis, Abbatibus & Prælatibus ab officio remo-
vendis, si defecerint à catholicâ religione, super quo
tanta contentione animorū inter Imperii Status u-
triusq; ordinis religionis actum fuit, in vitis Eyan-
gelicis recessui fuit insertum, de quo etiam prote-
stando sibi caverunt. Finis autem hujus contra-
ctus fuit, ut pax inter Imperii Status & ordines stabi-
liatur, simultates omnes tollantur, & quisq; sine re-
moris intuitu religionis obijciendis rerum suarum
satagere possit ad nominis divini gloriam & Imperii
salu-

m. d.

salutem. Paucis: SALUS REIPUBLICÆ SUPRE-
MA LEX HIC FUIT. Hoc est istud Palladium,
quo salvo salva Germania per annos 70. plus minus
permanfit, & Caput cum membris, membra inter se,
sublatis animorum acerbitatibus, nisi quòd quædam
flabella gliscentes sub cineribus favillas animare
voluerint, sororio vinculo connexa πρὸς τὴν ἐνεσῶ
Imperii consilia & actiones suas direxerunt. Postquã
autem per nuperos motus Bohemicos Mars ἀλλο-
πρόσαλλ. ad partes Catholicorū inclinare cœpit,
ferrum, dum calet, eudendum rati quidam malè fe-
riati continuis susurris & suggestionibus apud Cæsa-
ream Majestatem Ferdinandum II. anno 29. curren-
tis seculi edictum de restituendis bonis Ecclesiasticis
cum fructibus perceptis & percipiendis impetra-
runt. Ex eo pacis religionis non amplius capaces
esse confessionistas scriptis in lucem editis quàm
plurimis tum Societatis Jesu Patres, tum Jcti
quidam Pontificii glaucoma simplicioribus ob ocu-
los ponentes docebant. Jam enim pacem istam
jure ipso ullam, jam in Rempublicam exitiosam, jam
vi extortam, jam per Concilium Tridentinum subla-
tam, jam concessionem quandam temporariam,
jam à Pontifice repudiatam, jam per plenitudinem
Cæsareæ potestatis revocabilem, jam à nostra parte
tum occupando post istam transactionem, quæ mi-
nùs decebat, tum aliter docendo, quàm permittat
exhi-

exhi
ad
salte
cùm
à nob
Solis
patri
pora
runt,
nis ex
diem
dem e
lo Sm
Carol
formu
à mult
dam i
Triden
Ex int
phorif
Amsde
interre
trepida
VWitte
rum pr
ut totu
mum d

exhibita confessio, violatam dicebant. Verum cum
ad singula respondeat programma invitatorium,
saltem quid de dissensu in doctrina sit habendum,
cum amplius spacium requisiverit, & in hunc locum
à nobis rejectus fuerit, paucis in mensa, quod ajunt,
Solis exponam. Post obitum B. Lutheri dulcem
patriam nostram Germaniam periculosisima tem-
pora, gravissimæq; rerum perturbationes excepe-
runt, adeò, ut cum ipso Concordiæ die rebus huma-
nis exempto concordia inter Aug. Conf. Doctores
diem suum obiisse videri potuerit. Feliciter siqui-
dem eo ipso 46. superioris seculi anno inchoato bel-
lo Smalcaldico, infelicius anno subsequente finito,
Carolus Imperator per Triumviros supra dictos
formulam interreligionis, Sphingem Augustanam
à multis tunc dictam, conscribi jubebat, observan-
dam interim à Protestantibus, donec in Concilio
Tridentino controversiæ religionis fuerint decisæ.
Ex interimisticis controversiis postmodum Adia-
phoristicæ, Synergisticæ, Flacianæ, Majoristicæ,
Amsdorffianæ & similes pullulabant. Ad formulam
interreligionis tanti victoris iram pertimescentes
trepidabant non pauci, Lipsienses præsertim &
VWittebergenses Theologi sub rerum adiaphora-
rum prætextu potiùs aliquid concedendum, quàm
ut totum repurgatæ doctrinæ negocium in extre-
mum discrimen adducatur, existimantes. Faciliùs
C quippe

m.c

quippe reduvias, salvo capite, cui præprimis medendum, insuper haberi posse, consiliis humanis fibulam laxantes rebantur. Verùm præterquam quòd pseudadiaphora fingeant, etiam hoc ipsum, adiaphora in casu confessionis rerum necessariorum rationem induere, minus attendebant. His Adiaphoristis inter orthodoxos imprimis Matthias Flacius, Nicolaus Galus Amsdorffius, Joachimus Westphalus, Johannes VVigandus & alii ex Saxonis inferioribus præsertim Ecclesiis *πύξ καὶ λάξ* resistebant. Inter istas reduvias *συνέργεια* virium nostrarum cum gratia in conversionis negotio ponebatur: Inde plures huic errori, Victorinus præsertim Strigelius in hac & Jenensi Academia Professor pollicem premebat. Jam quod usu venit Patribus non paucis, ut errorem unum refutare volentes *εἰς τὸναντίον* prolapsi fuerint, idem Matthiæ Flacio Theologo aliàs meritisimo Vinariæ in Colloquio cum Strigelio anno 61. contigit, ut viribus liberi arbitrii detracturus peccatum originis ipsam hominis substantiam statueret. Cùm enim à Strigelio Syllogismus ipsi propinaretur: *Accidens non potest corrumpere substantiam. Peccatum est accidens.* E. Flacius, misâ majore, quæ distinguenda fuisset, minorem negavit, & cùm veritati herbam porrigere nollet, ex uno absurdo in alterum incidit. Sunt quidem nonnulli Flacium inter & Flacianos, quales fuerunt Spangenbergius junior,
Ire-

Irenæ
Flaci
non
quen
nem
assun
gener
ipsius
etiam
rus en
gioni
ria, ex
esse a
nisi co
per ac
bus, p
prope
dium
Regio
Osian
DEI h
& Fran
stum
diator
errore
chtho
tificiis

Irenæus, Fraxinæus & alii distinguentes, ac si mens
Flacii de homine Theologico loquentis à discipulis
non rectè percepta fuisset, sed periculosa conse-
quentiæ, quas admisit & propugnavit Flacius, homi-
nem post lapsum esse figmentum Diaboli, Christum
assumsisse carnem alterius speciei, hominem in re-
generatione quoad substantiam mutari, mentem
ipsum satis superq; produnt. Idem quod Flacio
etiam Nicolao Ambsdorffio usu venit, ut refutatu-
rus errorem Georgii Majoris ex formula interreli-
gionis haustum, bona opera ad salutem esse necessa-
ria, ex Scylla in Charybdin inciderit, & bona opera
esse ad salutem perniciofa statuerit. Quod ipsum
nisi commoda forsan accessit interpretatio, id fieri
per accidens, quatenus fiducia collocetur in operi-
bus, perniciosè dictum. Controvertebatur eodem
propemodum tempore circa seculi superioris dimi-
dium in Prutenicis regionibus, & Monte quidem
Regio inter duos Professores Theologos Andream
Osiandrum Lucae Parentem, qui nos essentiali Filii
DEI habitantis in nobis justitiâ justificari docebat,
& Franciscum Stanckarum Mantuanum, qui Chri-
stum secundum humanam tantum naturam Me-
diatorem nostrum asserbat: Licet autem Parentis
errorem in centuriis suis emolliat Filius, Melan-
chthon tamen in articulis Bavaricis easdè cum Pon-
tificiis tibus ipsum inflasse putat, præterquam, quod

m. d.

causam posuerit pro effectu. Ecclesias etiam, vi-
vente adhuc Luthero, turbaverat error Antinomi-
cus Johannis Agricolæ Islebii legem ex Ecclesia
prohibentis & in curiam amandantis, qui, licet ur-
gente Luthero, palinodiam cecinisset, recidi-
vam tamen passus ad vomitum rediit. De præ-
destinatione quoque aliquid gliscere cœpisse, nec
similes semper phrasas à Theologis alioquin ortho-
doxis usurpatas fuisse, declaratio Formulæ Conc.
art. 11. dicit, Non enim obscurum est, Theologos
quosdam, inter quos fuit meritissimus Joh. Bren-
tius, hâc catachresticâ locutione fuisse usos, electio-
nem ad salutem esse universalem, citra tamen scan-
dalum. Quod si de catachresi fuisset admonitus ille
Theologus, ut Samuel Huberus itidem prædestina-
tionem universalem statuens post conscriptam Con-
cordiæ Formulam à suis Collegis Lysero, Hunnio,
Gesnero admonebatur, dubio procul linguam cor-
rexisset, mentem retinisset, proq; electione ad sa-
lutem dilectionem universalem substituisset. Ideo
dicta declaratio inquit: Controversiam nullam
apertam & cum scandalo conjunctam de hoc arti-
culo motam fuisse. Scindebantur etiam inter se
Aug. Confessionis Theologi super articulo de de-
scensu Christi ad inferos, nonnullis per descensum
istum victoriæ declarationem, ut Lutherus in Con-
fessionione Torgaviensi anno 533. habita, nonnullis passio-
nis

nis
ciatu
pore
intell
VVit
chtho
in sup
Conf
suis La
tamdi
tante
Const
thone
cujus a
ribus C
& Buc
culo de
Luther
ex liter
ἀπολό
vera &
spectar
unicâ e
Palatin
Palatin
num A
Peuceri

nis Dominicæ fructum, ut Brentius, nonnullis cruciatus infernales, quos sustinuerit anima Christi corpore in sepulchro jacente, ut Flacius, aliis aliud quid intelligentibus. De Adiaphoristis, quales imprimis VVittebergenses & Lipsienses Theologi Melancthon, Pfeffingerus, Eberus, Menius, & alii, diximus in superioribus. In primis Crypto Calvinianismus Aug. Confessionis, sed falsatæ, tectus involucris in Ecclesiis Lutheranis serpere incipiebat, qui progressus tamdiu, donec etiam in hisce regionibus, præcipitante seculo superiore, turbas ingentes dederit. Constat enim (proh dolor!) Philippum Melancthonem, organon prius Ecclesiis & scholis salutare, ejus autoritate fascinabantur innumeri, à temporibus Concordiæ VVittebergensis inter Lutherum & Bucerum initæ, sed brevi post collapsæ, in articulo de cœna nutare cœpisse, tandemq; post obitum Lutheri ab orthodoxa sententia defecisse. Constat ex literis ad Joh. Calvinum, & alios datis, quòd sub *ἀπολογία προφασί* sententiam orthodoxam de vera & reali corporis Christi præsentia in cœna suspectam nimium quantum fecerit. Constat, quòd unicâ epistolâ paulò ante finem vitæ ad Electorem Palatinum scripta, quam Testamentum suum vocat, Palatinatum Gallicâ istâ lue. (Berengarium Diaconum Andegaviensem cum refutatione historiæ Peucerianæ noto) pulsus in exilium rectiùs sentien-

tibus, intecerit. In ipsius enim iudicio, quicquid de hoc articulo statuerit Philippus, Elector Palatinus acquiescere decreverat. Et ita, quod hodie Palatinatum, Marchionatum Brandenburgensem, Landgraviatum Hassiæ, Principatum Anhaltinum, Saxoniam inferioris, Silesiæ, Lusatiam, Pannoniam partes quasdam veneno Sacramentario videamus afflatas, Melanchthoni potius, & ipsius discipulis, quam Cinglio debemus. His ita se habentibus, cequis errores personarum integris imputabit Ecclesiis? Numquid sanctissimæ recordationis Augustus Elector Sax. cum Parastatis, ut dissensiones in religione tollerentur, calumniæ os obturaretur, & ab Ecclesiis Aug. Confessionis periculum omne averteretur per Theologos tum temporis præcipuos ex Saxonis superioribus, inferioribus & Suevicis Ecclesiis accersitos Concordiæ Formulam à tot Electoribus, Principibus, Comitibus, Urbibus Imperialibus postmodum subscriptam, ut esset docentibus in Ecclesia & scholis hypotyposis, cui se conformarent, conscribi iussit. Si Franciscanorum & Dominicanorum, Jesuitarum & Dominicanorum, Jesuitarum inter se, Thomistarum & Scotistarum, discordantium canonum *συρραξεις* unitatem Ecclesiæ Pontificiæ non solvunt, quid est, quod personarum errores satis refutatos integris Ecclesiis ab iisdem minus contaminatis dividæ esse volunt? Sed quem audio insusurrantem, ipsū scriptum symbolicum *τὸ ἐνωτικὸν* novum errorem in

Au-

Aug
quit
cere
talib
tur.
ficij,
rent,
præse
Brent
quem
merii
lidisfi
prater
ut vic
posse
postq
oris se
sonis
in abr
caudas
em, su
tamen
mulam
fymbo
vestigi
tur τὸ ἐνω
ctiva ju
andrum

Augustana confessione non comprehensum, Ubi-
quitatem sc: ex Theologia Suevica natam, introdu-
cere? Hospes sit in historia sacra superioris seculi, qui
talibus objectiunculis in transversum se rapi patia-
tur. Cum exhiberetur Augustana Confessio, Ponti-
ficij, licet in hoc oculo festucas minutissimas quære-
rent, nihil tamē in articulo 3. ubi fundamenta omni-
præsentiae continentur, desiderarunt. Quē Lutheri,
Brentii & aliorum ex parte nostra orthodoxorum,
quem Pontificiorum Jacobi Fabri Stapulensis, Ke-
merii & aliorum de omnipræsentia carnis Christi so-
lidissimis scripturarum fundamentis superstructa
præterire potest sententia? Jesuitas potius constat,
ut vicariatum sui Pontificis commodius stabilire
possent, omnipræsentiae carnis Christi detrahere,
postq; disputationem Ingolstadiensem anno superi-
oris seculi 64. habitam cum Sacramentariis ut Sam-
sonis vulpeculis cum prius sententiis variarent,
in abneganda carnis Christi omni præsentiam
caudas jungere maluisse. Cur itaq; sua scabi-
em, suam inconstantiam, nobis affricant? Alios
tamen errores & ante conscriptam Concordiæ For-
mulam & post eandem motos objicis, de quibus in
symbolo isto nostrarum Ecclesiarum nec vola, nec
vestigium compareat? Fateor, priusquam conficere-
tur τὸ ἐνωτικόν, M. Parsimonium de justitia Christi a-
ctiva justificationem nostram non ingrediente, Of-
andrum de Filij DEI adventu in carnem, etiamsi
homo

m.c.



homo non peccasset, Musculum de libertate bono-
rum operum etiã divinitus mandatorũ, Collocuto-
res Altenburgenses de bonis operib9, ut contritione
fidem antecedentibus & similibus *συνεργείας* ra-
musculis analogiam fidei minus pressè fuisse secu-
tos, sed isti errores partim veluti favilla sub cineribus
fuerunt extincti, partim ab aliis, partim in ipso sym-
bolo refutati. Fateor, post conscriptum *ένώμιον*
Samuelem Huberum de universali omnium homi-
num ad æternam salutem electione, Heshusium &
Hoffmannum ambitionis singularis typho inflatos
de omnipræsentia carnis Christi, Eilhardum Lubi-
num de natura peccati, Boëtium de fructu resur-
rectionis Dominicæ, Tubingenses quosdam de uni-
versali exercitio potentix carni Christi communi-
catæ, cùm esset in statu profundissimæ *κένωσης*
constitutus, Rathmannum de verbi efficacia in ne-
gocio conversionis, Magdeburgenses quosdam
paulo ante *πανολεθρίαν* de genere Theologiæ, A-
cademiæ Juliæ Professores quosdam hæcten9 in plu-
ribus aliter, quàm Symbola nostrarum Ecclesiarum
& communis consensus poscit, docuisse, sed quidam
ex his erroribus unã cum suis Autoribus evanue-
runt, quidã ab orthodoxis rectiùs sentiētibus, quin
& autoritate publica fuerunt refutati. Quæ sit Ec-
clesiarum nostrarum doctrina, pupilla Serenissimi ac
Potentissimi Magistratus nostri autoritate in lucem
emis-

emis-
cum
habe
anno
νερωσ
cis re
cum o
dente
ex oc
ejician
ex oc
Restat
suo lo
quam
bus an
norũ v
dium, i
& Osn
seculo
non sec
immo
pede p
Transa
religio
regioni
stanae c
mitiis A

emissa, Confessio sc: genuina, sincera, minus variata
cum exemplari authentico, ut in archivis Imperii
habetur, collata, & ut in ipsis Comitibus Imperatori
anno superioris seculi 30. fuit oblata, ὀφθαλμοφα-
νεῶς docet. Veniant, videant Insidiatores isti pa-
cis religionis, doctrinam Ecclesiarum nostrarum
cum dicta confessione conferant, & quod in iisdem
dente Theonino rodant, minus invenient. Trabem
ex oculo proprio, dissensionum labyrinthos, prius
ejiciant, & tunc circumspiciant, quomodo festucam
ex oculo nostrarum Ecclesiarum sint extracturi.
Restat, ut, quomodo pax hæc religionis labefactata
suo loco fuerit restituta, tribus verbis dicamus. Post-
quam Catholici periculum suarum virium, in qui-
bus anchora sacra fuerat ipsis fixa, fecissent, Germa-
norū verò sanguine multo assertū fuisset hoc Palla-
dium, in nuperâ tandem transactione Monasteriensi
& Osnabrūgeni, ut pax religionis, sicuti data fuit
seculo superiore, licet amica conciliatio in religione
non sequatur, nihilominus inviolabilis, perpetua &
immota persisteret, fuit sancitum. Unum tamē sicco
pede præterire non possumus, quòd etiam in dicta
Transactione reformatæ religioni addicti paci huic
religionis fuerint inclusi. Cùm antea pace tantum
regionis, non religionis gauderent, sub alas Augu-
stanæ confessionis confugiebant, & licet in ipsis Co-
mitibus Augustanis Tetrapolitana confessione se se-

D

pares-

m.c.



parassent, tamen post pacem religioni concessam
demum se socios Augustanæ Confessionis vendita-
re, ὅμοια λαλεῖν, ἀνόμοια φρονεῖν, quo furo multis
imponebant, & sub hac ovilla pelle in Ecclesias or-
thodoxas irreperere incipiebant. Verum quod sub
certis conditionibus sint recepti, nec jus reformandi
habeant iis in locis, ubi tempore Transactionis hu-
jus exercitium alterius religionis obtinuit, si forsan
jure successionis, aut sub aliis titulis ad ipsos devol-
vantur, paragraphus salutaris: Nimmer soll ihm er-
laubt seyn / die öffentliche Übung seiner Religion
den Unterthanen solcher Orten unter einigen
prætext auf zu tringen / fidem satis prolixam facit.

CONCLUSIO.

Hanc receptionem Reformatorem in pacem
religionis ut oculo quidem non invido, provido ta-
men respicimus, DEOq; ter Opt. Max. vero
שלום pro tanto beneficio ante seculi decur-
sum Ecclesiis nostris & toti Romano Imperio exhi-
bito gratias, quibus capiendis mentis nostræ sunt an-
gustia, maximas agimus: Eidem DEO clementissimo
supplices adsternimur, καλὴν ἠδὲ θεαλαθήκην verbi sui in-
ter nos conservare, & ad posteros una cum hoc
bono perpetuo transmittere, semina bellorum
& discordiarum extinguere, Spiritu suo bono

spi-

Spirit
cere
TRE
peras
Illustr
colum
dicer
dem
cula
sancti
culis

I
pax
RO
CO

Spiritu veritatis & pacis in semita recta nos ducere, imprimis SERENISSIMUM PATRIÆ PATREM, Imperii columnam & pacis hujus Hyperaspisten acerrimum cum tota Domo Saxonica Illustrissima quàm diutissimè salvum, florentem, incolumem conservare, laboribus nostris ex alto benedicere, λοιμὸν, λιμὸν καὶ πόλεμον à nobis averruncare, tandemq; decurso vitæ stadio ad æternæ pacis tabernacula traducere velit, ubi cum omnibus electis & sanctis Angelis ipsum laudemus & celebremus seculis nunquam terminandis.

Interea Pax sit in CHORO:
pax in FORO: pax in THORO:
pax in moenibus: pax in
cordibus nostris: PAX SUPER ISRAEL.

DIXI.

REGTOR

m.c

RECTOR
ACADEMIÆ LIPSIENSIS

utriusq; Reip. Academicæ & Oppidanæ

PATRES & CIVES

*ad festivitatem secularem propter pacem religioni
datam indictam invitat.*

DE Palladio Trojanis Apollinis responso prædictum legimus, quamdiu simulacrum hoc Palladis cœlitus delatum in arce Trojana sedem suam haberet, fore, ut adversus hostes Troja persisteret invicta. Ut itaq; Græci Trojâ potirentur, mittitur Ulysses, qui per occultas vias in arcem delatus fatale istud Simulacrum abstulit, ex quo de Troja simul & Imperio Trojano fuit actum. Cum hoc Palladio si pacem religionis, beneficium prorsus incomparabile, cœlitusq; Germaniæ superioris seculi anno 55. indultum cum triennio ante fundamenta substravisset Transactio Passaviensis, conferamus, extra veritatis lineam non procul aberraverimus. Quo in loco fuerint res Germanorum & Imperii, priusquam religioni orthodoxæ pax daretur, eos, qui seculi superioris res gestas quadantenus eolverunt & secum expenderunt, præterire nequit. Cùm prius intestinis odiis & bellis inter Status utriusq; religionis flagrant omnia, postquam hoc Palladium in medio fuit positum, simultates omnes & ex iisdem nata dissidia deflagrarunt, Germanorum *εὐεσὼ* floruit, vis Nationis hujus fortissimæ nexu tam arcto constructæ terribilis, & fasces ita conjuncti propemodum insuperabiles exteris fuere visi. Verùm hoc oculiferium, postquam annos plus minus 70. suo loco perstitisset immotum, diutius ferre non potuit juratus Ecclesiæ & omnis Politicæ hostis, ideo Ulysses non unum, qui per occultas vias (*durch krumme Wege*) Germanis istud surripere laboraret, excitavit, nec ab incepto destitit, donec ad tempus loco suo moveret. Viæ istæ occultæ, per quas ad sedem hujus Palladii sibi paraverunt aditum, insidiatores isti, suerunt *ἀντιπίω ἔντα* varia, quibus aures Magnatum, imprimis

mis Cæ
bonis Ec
impetra
oppositi
tiosam, i
riam, ja
Romano
vocabile
actionem
docendo,
Verum er
res una ve
daretur, q
sepositam
rint. Qui
eamdem a
diversitate
tiam ab en
præstare in
nò nullam
suprema
Muhameta
res, toleran
eam saltem
contempla
solumorum
suam vi coe
dixisse, legi
non poterit
simul Impe
postquam d
verit.
Nec en
ciorem Imp
ni subjecta
non videren

mis Cæsareæ Majestatis, obtulerunt, & ut edictum de restituendis bonis Ecclesiasticis cum fructibus perceptis & percipiendis ederetur, impetrarunt. Jam enim pacificationem istam duabus è regione sibi oppositis religionibus concessam in se nullam, jam in Imperium extiosam, iam armis extortam, jam concessionem duntaxat temporariam, jam per Concilium Tridentinum sublatam, jam à Pontificè Romano repudiatam, jam per plenitudinem Cæsareæ potestatis revocabilem, jam ab ipsis Confessionistis tum occupando post Transactionem hanc bona, quæ minus decebat, Ecclesiastica, tum aliter docendo, quam Confessio Augustana præscribit, violatam dicebant. Verum enim verò licet inter duas religiones sibi contradicentes plures una veræ esse nequeant, in foro tamen politico, cum pax religioni daretur, quæstionem hanc de veritate religionis, ut indecisam, fuisse sepositam, & communem tantum tranquillitatem spectatam, noverint. Qui verò fuerit hæc pax exitiosa Republicæ, quæ vindicari eandem ab interitu, & ne prorsus concideret, cavit. Religionum diversitatem Republicæ unitatem tollere dicis? Republicæ essentialiam ab emineantia, statum tranquillum à perturbato distinguas, & præstare interdum, Rempublicam non florentissimam, quam omnino nullam habere, liberaliter forsan dabis? Salus Republicæ suprema lex esto. Non dicam jam de Turcis secundum legem Muhametanam omnis generis religiones, ut flores in horto discolorum, tolerantibus, & inde ad tantam potentiam proVectis, Rempublicam saltem Hebræorum, ut fuit piissimi Davidis Regis temporibus, contemplandam propino & propono. Non illum Jebusitas, Hierosolymorum incolæ, aut alios à se devictos populos ad religionem suam vi coegisse, sed contentum tributis & aliis oneribus jus ipsis dixisse, legimus. Armis autem pacificationem hanc extortam fuisse non poterit adduci, ut credat, qui potentiam Caroli V. Romanorum simul Imperatoris & Hispaniarum Regis invictissimi, præsertim postquam de subactâ Germania fermè triumphaverat, satis æstima-

Nec enim à temporibus Caroli M. potentiores, aut bellis feliciores Imperatores habuerat Germania: Ditiones ipsius jurisdictioni subjectæ tam latè porrigebant fimbrias, ut Solem occidentem non viderent: Pontifex Clemens VII, Turcarum Imperator Soliman-

m.c

nus bellicosissimus, Rex Galliarum Franciscus I. potentissimus, Status imperii non inanis subfelliis positi terga victori obverterant. Quid? Quod Mauritius, qui solus fugientem viderat, jam ante biennium, cum pax hæc in Comitibus Augustanis componeretur, fatis concesserat. Tolerantiam duntaxat temporariam dicere, verba recessus Solis radiis scripta, quod, etiamsi per concilium, aut Nationalem conventum, aut Colloquia, aut Comitibus dissidium in religione non tolleretur, perpetua tamen & inviolabilis hæc sanctio permanere debeat dicere prohibent. Lateat, quod Imperatores Carolus V. sequentes omnes Ferdinandus I. Maximilianus I. Rudolphus II. Matthias, Ferdinandus II. & modernus Divus Ferdinandus III, suis in capitulationibus, priusquam ad Imperium inaugurati fuerunt, juramento interposito pacificationem hanc confirmaverint. Per Concilium igitur Tridentinum anno. 64. seculi superioris in felici colophone terminatum qui sanctio hæc fuit sublata? Nec tale fuit concilium Tridentinum, quale Protestantes circa reformationis initia exoptaverunt. Ad liberum quippe in Germaniæ medietate ab Imperatore cogendum, in quo secundum normam sacrarum literarum Episcopis à juramento, quo Pontifici tenentur, absolutis, controversa dogmata dijudicarentur, provocarunt. Sed Tridentinum fuit tyrannicum, in quo Pontifex ACTOR, REUS & JUDEX simul per suos legatos præsedit, in insidioso loco ad Alpium radices ab ipso, qui judicandus erat, coactum, in quo non secundum sacrarum literarum ductum, sed scrinium cordis papalis (unde Spiritum S. multis Romæ Tridentum vehitum temporis communi sermone ferebatur) dogmata controversa fuere decisa. Quantumvis autem Theologis Pontificiis interlocutorium, solis tamen Episcopis, quos inter multi fuerunt larvati, ut multitudine suffragiorum vincerent, decisivum iudicium fuit concessum. Stiterunt se ibidem ex Theologis Wurttembergicis & Argentinensibus Brentius, Heerbrandus, Marbachus (Saxonis in media via Norimbergæ subsistentibus, sed propter iniquitatem processus domum revocatis) tantum tamen abfuit, ut ad controversorum dogmatum decisionem admitterentur, ut ne quidem inter Theologos Pontificios pro forma interloquentes, sive *ομιλαμαχικως* locus ipsis fuerit concessus. Quid vero Pastori Romano & imperio? Episcopus *αὐτοκράτωρ* Capud Petrum Apostolum,

stolum
audit.
αὐτοκράτωρ
ovium
subjicia
versus p
etiam is
in sejur
& natur
menheit
fessionis
Ecclesiæ
& à doct
tionem
tionem s
mandi ha
sunt, & b
Quod l
integrum
exception
transacti
ab orthod
Ecclesiis A
mia docen
Hæc su
non unus f
tum, per D
Monasterio
αὐτοκράτωρ
Serenisfi
Dominu
niæ, Juli
ArchiMa
giæ, Marc

stolum, primum, ut placet pontificiis, Episcopum Romanum pessime
audit. Ille rerum suarum satagat & gregem sibi commissum *ἐκ
ἀναγκασθῆναι, ἀλλὰ προσήμωτος* solo verbo *θεοπρονοίας* pascat, typum
ovium verâ in primis humilitate sese præstet, ordinationi divinæ sese
subjiciat, & regna mundana, nihil ad se spectantia, missa faciat. Ad-
versus punctum certè de Pontifice Romano Electores Evangelici
etiam in ipsis Capitulationibus Cæsareis protestantur, & quod nihil
in sejuris habeat, eo ipso docent. Plenitudinem Cæsareæ potestatis
& natura contractus & ipsissima recessus verba, weder aus Boffom-
menheit/ oder unter einigen Schein &c. excludunt. Sest ab ipsis con-
fessionistis, dum ex eo tempore, quo pax religioni data, multa bona
Ecclesiastica, quæ prius in ipsorum manu non fuerunt, occuparunt,
& à doctrina Confessionis Augustanæ divortium fecerunt, hanc san-
ctionem violatam dicis? Si quæ Status Evangelici post hanc pacifica-
tionem sua fecerunt, id jure suis in territoriis, in quibus jus refor-
madi habent, secundum tritum istud: Cujus regio illius religio fece-
runt, & bona ista longè melius, quam antea factum, collocarunt.

Quod si Catholicis, quoties ad ipsos devolutæ ditiores novæ, fuit
integrum, cur Augustanis (qui pari fruuntur hîc jure, nec per aliquam
exceptionem, ut Reformati nuper in Monasteriensi & Osnabrûgenfi
transactione, prohibentur) id vertunt vitio? Errores personarum satis
ab orthodoxis refutati, de quibus alibi dicendi erit occasio, integris
Ecclesiis Augustanæ Confessionis genuinæ, minusq; variatæ confor-
mia docentibus nullatenus imputari possunt.

Hæ sunt artes illæ, quibus Germaniæ Palladium suum Ulysses
non unus surripere fuit conatus. Verum licet multo sanguine redem-
tum, per DEI tamen gratiam recuperatum, & in nupera transactione
Monasteriensi & Osnabrûgenfi suo loco, ut stet imposteriorum *ἀκίνητον*
ἢ ἀνίκητον, fuit restitutum. Memoriam tanti beneficii sibi refricans
Serenissimus ac potentissimus Princeps & Dominus,
Dominus JOHANNES GEORGIUS, Dux Saxo-
niæ, Juliæ, Cliviæ ac Montium, S. Römæ Imperii
ArchiMarschallus & Elector, Landgravius Thurin-
giæ, Marchio Misniæ & utriusq; Lusatia, Burgravius,
Magde-

m.c




Magdeburgensis, Comes de Marca & Ravensburg,
Dominus in Ravenstein, Dominus noster Clemen-
tissimus secularem festivitatem crastinâ luce, quâ promulgatio pacis
religionis ante 100. annos in Comitibus Augustanis facta, suis in ditio-
ribus celebrandam, ut pro tanto beneficio DEO ter Opt. Max. gratiæ
agantur, & pro conservatione tanti boni vota fiant, quæ suæ Celsitu-
dinis fuit pietas & devotio, indixit. Cùm Ecclesia verò suas preces
Academia, panegyrico seculari & Musicâ tam vocali, quàm instru-
mentali post auditam XII. in templo Paulino junget. Hic actui, ut
Illustrissimus Holsatiæ Princeps, Generosissimus Ruthenus, utriusq;
Reipublicæ Academicæ & Oppidanæ Patres conscripti, viri admo-
dum Reverendi, Magnifici, Amplissimi, Consultissimi, Experientis-
simi, Excellentissimi, Prudentissimi, Clarissimi, Per Eximii, Præstan-
tissimi, Doctissimi &c. præsentia suâ plus lucis addere, vota q; manu
velut facta pro conservatione tanti boni ad DEUM fundere velint,
præsentibus cum oblatione studiorum nostrorum rogamus. De præ-
sentia florentissimi cœtus studiosorum juvenum, præsertim cùm
rarius offerantur ejusmodi festivitates seculares, nec intra
hominis ætatem in orbem vertant, nulli dubitamus,

P. P. die XXIV. sept. anno

M. DC. LV.





PAC

cum

Utr

HIERO

CA

ONIS

cebrare-

Pro

MAYRO,

32

1655

4,17

mid

